NOS PRÆSES & FACULTAS MEDICA ANTIQUISSIMAE AC CELEBERRIMÆ CÆS: AC CÆS: REG: UNIVERSITATIS CRACOVIENSIS

Omnibus, quorum interest, significamus, notumque facimus, quod, cum laudabile ac utilissimum institutum per decretum Cæsareo Regium publice sit introductum, ut, qui in Chirurgorum concivilitates et gremia chirurgica recipi, sodales conducere, Tyrones erudire, artem suam publice profiteri, ejusdemque praxim cum adnexis prærogativis exercere voluerit, ante omnia examina severa subeat, iisdemque eruditionis suæ testimonium legitimo mereatur modo. Præsentium impetrator Dominus Aloysius Raphael Oesterreicher Cracoviæ in Gallicia natus viginti annorum, Religionis Catholicæ, facto prævio ludabili tentamine, productisque sufficientibus testimoniis suorum studiorum, solito tempore absolutorum, morumque suorum ac vitæ honestatis, supplex pro examinibus institerit: et cum Nos æquissimæ ejus petitioni satisfacere volentes pro die decimaquarta Augusti anno infra scripto eidem examinum terminum constituerimus: quæis præsentibus Illustrissimo ac Spectabili Domino Joanne Nep. Rust Inclytæ Facultatis Medicæ Directore et Decano, Chirurgiæ sublimioris theoreticæ ac practicæ Professore Clarissimo Domino Aloysio Rudolpho Vetter Professore Anatomiæ sublimioris et Physiologiæ, Domino Leopoldo Zeillinger Cæs. Reg. Circulari chirurgo, et Domino Andrea Auer vice Seniore Gremii Chirurgici, per tempus solutum tam bene et exacte ad quæsita respondit, ut omnium consensu specimina sufficientia eruditionis et dexteritatis suæ in universa arte chirurgica, et morbis internis frequentissime occurrentibus dederit. Quapropter potestate Nobis ab Augustissimo Romanorum et Austriæ Imperatore **FRANCISCO II**do concessa, eundem Dominum Aloysium Raphaelem Oesterreicher Magistrum Chirurgiæ declaramus, et tribuimus ei potestatem praxim chirurgicam non solum in Gallicia, verum etiam in omnibus reliquis Augustæ Domus Austriacæ hereditariis regnis et provinciis, nisi aliena jura obstent, exercendi, observatis tamen juramenti conditionibus. In quorum omnium fidem Testimonium hoc publicum sigillo Facultatis Medicæ munitum ei dari curavimus. Cracoviæ die vigesima quinta Septembris Anno Domini Millesimô Octingentesimô Quintô.

Dr Rust mp
Inclytæ Facultatis medicæ
p. t. Director et Decanus

Sebastianus Girtler Phil:
& Med. Dr Universitt Crac. Socius
Inclytæ Facultt Medicæ Notarius

